

# Darf man Freunde haben?

Jesper



Statue des griechischen Bildhauers Phidias, Parthenon

Epistula moralis 9, 1a.3-5.8-9a.10-15.17-18a

<p>Seneca Lucilio suo salutem.</p> <p>An merito reprehendat in quadam epistula Epicurus eos, qui dicunt sapientem se ipso esse contentum et propter hoc amicō non indigere, 5 desideras scire.</p> <p>Hoc obicitur Stilboni ab Epicuro et iis, quibus summum bonum visum est animus impatiens. [...]</p> <p>Hoc inter nos et illos interest: Noster sapiens vincit quidem incommodum omne, sed sentit; 10 illorum ne sentit quidem.</p> <p>Illud nobis et illis commune est: sapientem se ipso esse contentum.</p> <p>Sed tamen et amicum habere vult et vicinum et contubernalem, quamvis sibi ipse sufficiat.</p> <p>15 Vide, quam sit se contentus: Aliquando sui parte contentus est. Si illi manum aut morbus aut hostis exciderit, si quis oculum vel oculos casus excusserit, reliquiae illi suae satisfaciunt 20 et erit imminuto corpore et amputato tam laetus, quam integro fuit; sed si, quae sibi desunt, non desiderat, non deesse mavult. Ita sapiens se contentus est, non ut velit esse sine amico, sed ut possit;</p>	<p><i>Ergänze:</i> salutem dicit</p> <p><b>merito</b> zu Recht</p> <p><b>sapiens</b>, ntis der Weise <b>contentus</b> <i>m. Abl.</i> zufrieden mit</p> <p><b>indigere</b> <i>m. Abl. etw.</i> brauchen</p> <p><b>Stilbon</b>, onis Stilpon (<i>griech. Philosoph, Lehrer Zenons</i>) <b>iis</b> (<i>Dat. Pl.</i>)</p> <p><b>impatiens</b> leidenschaftslos</p> <p><b>hoc interest</b> dies ist der Unterschied <b>illos</b> (<i>Gemeint sind die Anhänger Stilpons.</i>)</p> <p><b>sapiens</b>, ntis <i>m</i> der Weise <b>incommodum</b> Unglück</p> <p><i>Ergänze:</i> sapiens illorum</p> <p><b>vicinus</b> Nachbar <b>contubernalis</b>, is Kamerad</p> <p><b>sufficere</b> genügen</p> <p><b>aliquando</b> manchmal <b>sui pars</b> ein Teil seiner selbst</p> <p><b>excidere</b> (<i>Perf.:</i> excidi) abhauen</p> <p><b>quis ... casus</b> irgendein Zufall <b>excutere</b> (<i>Perf.:</i> excussi) ausschlagen</p> <p><b>reliquiae ... suae</b> das, was von ihm bleibt <b>satisfacere</b> genügen</p> <p><b>imminutus</b> verkrüppelt <b>amputatus</b> verstümmelt</p> <p><b>integer</b> unversehrt <i>Ergänze:</i> integro corpore <b>si ~ etiam si</b> <i>Ergänze:</i> ea, quae <i>Ergänze:</i> ea non deesse mavult</p>
---	--

<p>25 et hoc, quod dico ,possit', tale est:  Amissum aequo animo fert.  Sine amico quidem numquam erit:  In sua potestate habet, quam cito reparat.  Quomodo, si perdidit Phidias statuam, protinus alteram faciet,  30 sic hic faciendarum amicitiarum artifex substituet alium in lo-  cum amissi. [...]  Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult,  si nihil aliud, ut exerceat amicitiam,  ne tam magna virtus iaceat  35 - non ad hoc, quod dicebat Epicurus in hac ipsa epistula:  „ut habeat, qui sibi aegro assideat, succurrat in vincula coniecto  vel inopi“,  sed ut habeat aliquem, cui ipse aegro assideat,  quem ipse circumventum hostili custodia liberet.  40 Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat.  Paravit amicum adversum vincula laturum opem;  cum primum crepuerit catena, discedet.  Hae sunt amicitiae, quas ,temporarias' populus appellat;  qui utilitatis causa assumptus est,  45 tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit.  Hac re florentes amicorum turba circum sedet,  circa eversos solitudo est. [...]  „In quid amicum paras?“  Ut habeam, pro quo mori possim,  50 ut habeam, quem in exilium sequar,  cuius me morti et opponam et impendam.  Ista, quam tu describis, negotiatio est (non amicitia),  quae ad commodum accedit,  quae, quid consecutura sit, spectat.  55 Non dubie habet aliquid simile amicitiae affectus amantium.  Possis dicere illam esse insanam amicitiam.  Numquid ergo quisquam amat lucri causa?  Numquid ambitionis aut gloriae?</p>	<p><b>amissum</b> den Verlust (des Freundes)  <b>aequus animus</b> Gleichmut</p> <p><b>cito</b> (Adv.) schnell  <b>reparare</b> ersetzen  <i>Ergänze: amicum reparat</i>  <b>quomodo</b> wie  <b>Phidias</b> (griech. Bildhauer, 5. Jh. v. Chr.)  <b>statua</b> Statue  <b>protinus</b> (Adv.) sofort  <b>artifex m. Gen.</b> Meister in  <b>substituere</b> ersetzen  <i>Ergänze: amissi amici</i></p> <p><b>si nihil aliud</b> vor allem</p> <p><b>iacere</b> hier: ungenützt bleiben</p> <p><i>Ergänze: ut sapiens habeat aliquem, qui</i>  <b>aeger</b> krank  <b>assidere</b> beistehen  <b>succurrere</b> zu Hilfe eilen  <b>conicere</b> (PPP: coniectus) werfen  <b>inops</b>, inopis arm</p> <p><b>circumvenire hostili custodia</b> in feindliche Gefangenschaft geraten</p> <p><i>Ordne: amicum opem adversum vincula laturum</i>  <b>ops</b>, is f Hilfe  <b>adversum m. Akk.</b> gegen  <b>cum primum</b> sobald  <b>crepare</b> (Perf.: crepui) klirren  <b>catena</b> Kette  <b>temporarius</b> zeitlich begrenzt</p> <p><b>utilitas</b>, atis f Nutzen  <b>assumere</b> (PPP: assumptus) zum Freund nehmen  <b>tamdiu ... quamdiu</b> solange ... wie</p> <p><b>florens</b> der Mächtige  <i>Ordne: circum florentes</i>  <b>circa m. Akk.</b> um ... herum  <b>eversus</b> der Gestürzte  <b>solitudo</b> Einsamkeit</p> <p><b>in</b> hier: zu</p> <p><i>Ergänze: aliquem, pro quo / quem / cuius</i></p> <p><i>Ordne: cuius morti</i>  <b>se opponere et impendere</b> sich energisch entgegenstellen  <b>describere</b> beschreiben  <b>negotiatio</b> Handel</p> <p><b>ad commodum accedere</b> auf den eigenen Vorteil aus sein</p> <p><b>spectare</b> darauf abzielen</p> <p><i>Ordne: Non dubie affectus amantium habet aliquid simile amicitiae</i>  <b>non dubie</b> ohne Zweifel  <b>affectus</b> Gemütsverfassung  <b>insanus</b> krank</p> <p><b>numquid</b> etwa  <b>lucrum</b> Aussicht auf Profit  <i>Ergänze: ambitionis aut gloriae causa</i>  <b>ambitio</b>, onis Ehrgeiz</p>
--	--

<p>Ipse per se amor, omnium aliarum rerum neglegens, animos in  60 cupiditatem formae non sine spe mutuae caritatis accendit.  Quid ergo? Ex honestiore causa coit turpis affectus?  „Non agitur“ inquis „nunc de hoc, an amicitia propter se ipsam  appetenda sit.“  Immo vero nihil magis probandum est.  65 Nam si propter se ipsam expetenda est,  potest ad illam accedere, qui se ipso contentus est.  „Quomodo ergo ad illam accedit?“  Quomodo ad rem pulcherrimam,  non lucro captus nec varietate fortunae perterritus.  70 Detrahit amicitiae maiestatem suam,  qui illam parat ad bonos casus.   „Se contentus est sapiens.“  Hoc, mi Lucili, plerique perperam interpretantur:  Sapientem undique submovent et intra cutem suam cogunt.  75 Distinguendum autem est,  quid et quatenus vox ista promittat:  Se contentus est sapiens ad beate vivendum, non ad vivendum.  Ad hoc enim multis illi rebus opus est,  ad illud tantum animo sano et erecto et despiciente fortunam.  80 Volo tibi Chrysippi quoque distinctionem indicare.  Ait sapientem nulla re egere et tamen multis illi rebus opus esse:  „Contra stulto nulla re opus est (nulla enim re uti scit),  sed omnibus eget.“  Sapienti et manibus et oculis et multis ad cotidianum usum ne-  85 cessariis opus est, eget nulla re.  Egere enim necessitatis est, nihil necesse sapienti est.  Ergo quamvis se ipso contentus sit,  amicis illi opus est.  Hos cupit habere quam plurimos,  90 non ut beate vivat (vivat enim etiam sine amicis beate).  Summum bonum extrinsecus instrumenta non quaerit;  domi colitur, ex se totum est. [...]</p>	<p><b>mutua caritas</b>, atis Gegenliebe  <b>accendere in</b> entflammen zu  <b>coire</b> entstehen  <b>affectus</b> Gemütsverfassung  <b>agitur de</b> es geht um   <b>probare hier:</b> untersuchen  <b>expetere</b> erstreben  <i>Ergänze:</i> potest sapiens ... accedere, qui  <b>quomodo</b> wie   <b>lucrum</b> Aussicht auf Profit  <b>varietas</b>, atis Unbeständigkeit  <i>Ergänze:</i> Detrahit ... is, qui  <b>detrahere</b> entziehen  <b>maiestas</b>, atis Würde  <b>ad bonos casus</b> für gute Zeiten   <b>perperam (Adv.)</b> falsch  <b>interpretari</b> deuten  <b>undique submovere</b> überall entfernen  <b>cutis</b>, is Haut  <b>distinguere</b> klären  <b>quatenus</b> wie viel   <b>sanus</b> gesund  <b>erectus</b> entschlossen  <b>despicere</b> verachten  <b>Chrysippus</b> Chrysipp (<i>stoischer Philosoph</i>)  <b>distinctio</b>, onis Unterscheidung  <b>egere m. Abl.</b> Mangel leiden an  <b>stultus</b> Dummkopf   <b>cotidianus</b> täglich  <b>necessaria n Pl.</b> Dinge, die notwendig sind  <b>necessitas</b>, atis Notwendigkeit  <i>Ergänze:</i> sapiens contentus sit   <b>summum bonum (Subjekt)</b>  <b>extrinsecus (Adv.)</b> von außen  <b>instrumentum</b> Hilfsmittel  <b>domi</b> im Inneren</p>
--	--

<p>Se contentus est et ducit uxorem.  Se contentus est et liberos tollit.  95 Se contentus est et tamen non viveret,  si foret sine homine victurus.  Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio.  Nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae.  Quomodo solitudinis odium est et appetitio societatis,  100 quomodo hominem homini natura conciliat,  sic inest huic quoque stimulus,  qui nos amicitiarum appetentes faciat.  Nihilominus, cum sit amicorum amantissimus,  cum illos sibi comparet, saepe praeferat,  105 omne intra se bonum terminabit [...]</p> <p>Vale!</p>	<p><b>ducere</b> <i>hier:</i> heiraten</p> <p><b>tollere</b> <i>hier:</i> aufziehen</p> <p><b>foret ... victurus</b> leben wollen würde</p> <p><b>utilitas</b>, atis Vorteil  <b>naturalis</b>, e natürlich  <b>irritatio</b>, onis Reiz  <b>innatus</b> angeboren  <b>dulcedo</b>, inis <i>f m. Gen.</i> das Verlangen <i>nach</i>  <b>quomodo</b> wie  <b>solitudo</b>, inis Einsamkeit  <b>appetitio</b>, onis <i>m. Gen.</i> Drang <i>nach</i>  <b>societas</b>, atis Gemeinschaft  <b>conciliare</b> <i>m. Dat.</i> verbinden <i>mit</i></p> <p><b>in esse</b> <i>m. Dat.</i> enthalten sein <i>in</i>  <b>stimulus</b> Anreiz</p> <p><b>appetens</b>, ntis <i>m. Gen.</i> jemand, der <i>etwas</i> anstrebt  <b>nihilominus</b> nichtsdestotrotz  <i>Ergänze:</i> cum <i>sapiens</i> sit  <b>amans</b>, ntis <i>m. Gen.</i> jemand, der <i>etwas</i> liebt  <b>comparare</b> <i>m. Dat.</i> gleichstellen <i>mit</i>  <b>praeferre</b> den Vorzug geben  <b>terminare</b> beschränken</p>
---	---